



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

16. An, & quomodo resurrecturi sint, qui antè moriuntur quàm nascantur

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

uit. Sed accepisti dentes ad macellum coornandum, cur non potius ad omnem hiatum & rictum tuum coronandum? cur non potius ad pulsus lingua temperandos, ad vocis articulos offensione signandos? Denique & edentulos audi, & vide, ut honori oris & organum dentium quaras. Forata sunt inferna in viro, & in femina, nimirum, quâ libidines fluitent, cur non magis quâ potuum defricta colentur? Est adhuc in feminis intus, quâ semina congerantur, an quo sanguinis onera secedant, quem pigrior sexus discutere non sufficit? Dicenda enim & hac quasenus qua volunt, & qualiter volunt, & quorum volunt officia membrorum ludibrosè de industria suffundenda resurrectioni oblatrant, non recogitantes, ipsas prius causas necessitatis tunc vacaturus, cibi famem, & potus sitim, & concubitus genituram, & operationis victum. Sublata enim morte neque victus fulcimenta ad præsidia vite, neque generis supparatura grauis erit membris. Ceterum & hodie vacare intestinis & pudendis licebit. *Quadragesima diebus Moyses & Helias ieiunio functi, solo DEO alebantur. Iam tunc enim dedicabatur: Non in pane vivit homo, sed in verbo DEI. Ecce virtutis futura lineamenta. Nos quoque ut possumus à cibis excusamus, etiam sexum à Congregatione subducimus. Quot spadones voluntarij, quot virgines Christo maritatae? quot steriles veriusq; natura infructuosus genitalibus structi? Si & hic iam vacare est, & officia, & emolumenta membrorum temporali vacatione, ut temporali dispositione, nec homo tamen minus saluus est, proinde homine saluo, & quidem magis tunc in æterna dispositione, magis non desiderabimus, quæ iam hic non desiderare consuevimus.*

Feminae igitur resurgent, resurgent & viri, ut diuinæ sapientiae opificium etiam in sexu laudetur. Et resurgent omnes iusti in sua perfectione, omnibusque membris naturæ debitæ præditi: quamvis in hac vita illis, vel per naturæ errorem, vel per tyrannorum crudelitatem, vel per alium casum fuerint destituti. Quin & illi resurgent, qui nunquam fuerunt nati, sed in materno utero mortui, & abortiui vel eiectionis, vel exsecti sunt. Si enim semel vixerunt, anima eorum interire non poterit; neque æternum sine corpore manebit. Enimvero illi infantes, qui exserta aliqua corporis parte baptismo tincti, postea antè, quam plenè in lucem ederentur, defuncti sunt, etiam

XVI;

S. Augustin.  
lib. 22. ciuit.  
cap. 13.

ad